

# SAMPLE EXAM

Boston University, Department of Classical Studies  
PhD Examination, History of Latin Literature  
May 2020. Three Hours.

## Part I, Term IDs (30 min)

For SIX of the following eight names, dates, terms or phrases, briefly (1-2 blue book pages per item) identify, explain, and indicate its importance for the history of Latin literature.

Cato, <i>Origines</i>	<i>Annales</i>
<i>Apocolocyntosis</i>	<i>fabula palliata</i>
<i>Atticism</i>	Persius
<i>Columella</i>	epyllion

## Part II, Passage Identification and Scansion (30 min)

Choose THREE of the following four passages. Identify the author and work and briefly (one to two blue book pages) discuss its importance for the history of Latin literature. If the passage is in poetry, you must **IDENTIFY THE METER** and **SCAN** the first 3 lines of the passage (if stichic) or the first stanza.

1.

Eheu fugaces, Postume, Postume,  
labuntur anni nec pietas moram  
rugis et instanti senectae  
adferet indomitaeque morti,

non si trecenis quotquot eunt dies,  
amicie, places inlacrimabilem  
Plutona tauris, qui ter amplum  
Geryonen Tityonque tristi

conpescit unda, scilicet omnibus,  
quicumque terrae munere vescimur,  
enaviganda, sive reges  
sive inopes erimus coloni.

frustra cruento Marte carebimus  
fractisque rauci fluctibus Hadriae,  
frustra per autumnos nocentem  
corporibus metuemus Austrum.

visendus ater flumine languido  
Cocytos errans et Danai genus  
infame damnatusque longi

# SAMPLE EXAM

Sisyphus Aeolides laboris,  
linquenda tellus et domus et placens  
uxor, neque harum quas colis arborum  
te praeter invisas cupressos  
ulla brevem dominum sequetur.

absumet heres Caecuba dignior  
servata centum clavibus et mero  
tinguet pavimentum superbo,  
pontificum potiore cenis.

2.

Temporibus nostris aetas cum cedat avorum  
Creverit et maior cum duce Roma suo,  
Ingenium sacri miraris deesse Maronis,  
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.  
Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones  
Vergiliumque tibi vel tua rura dabunt.  
Iugera perdiderat miserae vicina Cremonae  
Flebat et abductas Tityrus aeger oves:  
Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam  
Reppulit et celeri iussit abire fuga.  
'Accipe divitias et vatum maximus esto;  
Tu licet et nostrum' dixit 'Alexin ames.'  
Adstabat domini mensis pulcherrimus ille  
Marmorea fundens nigra Falerna manu,  
Et libata dabat roseis carchesia labris,  
Quae poterant ipsum sollicitare Iovem.  
Excidit attonito pinguis Galatea poetae  
Thestylis et rubras messibus usta genas;  
Protinus Italianum concepit et ARMA VIRUMQUE,  
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.  
Quid Varios Marsosque loquar ditataque vatum  
Nomina, magnus erit quos numerare labor?  
Ergo ero Vergilius, si munera Maecenatis  
Des mihi? Vergilius non ero, Marsus ero.

# SAMPLE EXAM

3.

Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum. Cuius de virtute quia multi dixere, praetereundum puto, simul ne per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore qui, quia decrevi procul a re publica aetatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant, certe quibus maxima industria videtur salutare plebem et conviviis gratiam quaerere. Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratus adeptus sum [et] quales viri idem assequi nequiverint et postea quae genera hominum in senatum pervenerint, profecto existimabunt me magis merito quam ignavia iudicium animi mei mutavissem maiusque commodum ex otio meo quam ex aliorum negotiis rei publicae venturum. Nam saepe ego audivi Q. Maximum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi. Scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. At contra quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumptibus, non probitate neque industria cum maioribus suis contendat?

4.

At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram auresque tuas benivolas lepido susurro permulceam — modo si papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami inscriptam non spreveris inspicere — , figuratasque hominum in alias imagines conversas et in se rursus mutuo nexu refectas ut mireris. Exordior. "Quis ille?" Paucis accipe. Hymettos Attica et Isthmos Ephyrea et Taenaros Spartiatica, glebae felices aeternum libris felicioribus conditae, mea vetus prosapia est; ibi linguam Atthidem primis pueritiae stipendiis merui. Mox in urbe Latia advena studiorum Quiritium indigenam sermonem aerumnabili labore nullo magistro praeunte aggressus excolui. En ecce praefamur veniam, siquid exotici ac forensis sermonis rudis locutor offendero. Iam haec equidem ipsa vocis immutatio desultoriae scientiae stilo quem accessimus respondet. Fabulam Graecanicam incipimus. Lector intende: laetaberis.

# **SAMPLE EXAM**

## **Part III: Essays (120 min)**

Pick THREE of the following questions, and compose three carefully constructed essays.

1. Speaking to power: discuss how Cicero, Seneca and Pliny addressed those who potentially had the power of life and death over them.
2. Consider how their own historical contexts have shaped the perspectives and representations of Livy's and Tacitus' historical works. Make sure to include at least two examples from each author.
3. Discuss the development of the genre of "didactic poetry" (if it even can be labeled a genre) in the Roman world.
4. Latin literature is full of descriptions of plague and disease – both of the literal and metaphorical kind. Discuss the use of this language or imagery in at least 3 authors from the Roman world.
5. Discuss the influence of Catullus on two other Latin poets.